

Scr. publ. Leipzig 1804 - 36.

1804.

Bauer, H. G.: Respons. iur. CLI, CLII - CLIX.

Biemer, Chr. G.: Comment. ad leg. nov. de iure aedif. molarum

Biemer, A. L.: Joannes Georg. I et Frider. Aug. I.

Eck, J. G.: De collegio B. Mariae Virginis.

Jungmann, S. Fr.: Degabellae Detrac. ex usu fori saxe. elect. aet. II.

Patner, P.: Quaest. med. for. XXXI.

Rau, Chr.: Responsio vel I Ctorum.

— : De solen. T testium cod. aedib. ad § 3. Inst. de codicil.

Stockmann, A. C.: Chrestomathia iur. Hor. II.

1805

Bauer, H. G.: Respons. iur. CLXII - CLXIII.

— : Dredit. I - T. contra ord. proc. recogn. mon.

Biemer, Chr. G.: De foenore illicito.

— : De simultanea invest. plur. in solid. compet.

Schard, Chr. J.: Coniectan. ex vario iure III et II.

Jungmann, S. Fr.: Degabellae Detrac. ex usu fori saxe. elect. aet. II

^{1805.}

Plathner, L.: Quaestiones med. for. ~~XXXIII.~~ ~~XXXIV.~~

Weisse, Chr. L.: De feudi regalis notione.

¹⁸⁰⁶

Bauer, H. G.: Respons. CLXII

— : Meditat. II. III et finis circa C. T. S. R. mon.

Kees, J. Fr.: Curam incumbat oblig. ref. mores coemeter.?

Stockmann, Aug. C.: Chestermathia iur. Mor. II.

4804
92

PROCANCELLARIUS
**D. SAMVEL FRIDERICVS
JVNGHANS**

CONSISTORII ELECTOR. SAX. ET ORDINIS IURIS.
CONSULTORVM LIPSIENSIS ASSESSOR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA
PRAECLARISSIMI CANDIDATI
DANIELIS BERNHARDI HEROLDI

LIPSIENSIS
IURIS VTRIVSQUE BACCALAUREI ET CAUSSARVM
FORENS. PATRONI

DIE XX. MARTII A. R. S. CIccciiii.

IN
AUDITORIO IURIS CONSULTORVM
CELEBRANDA

INDICIT

DE
GABELLAE DETRACTIONE EX VSV FORI SAXONICI
ELECTORALIS AESTIMANDA
SPECIMEN TERTIUM

17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Cam libellum meum de gabellae detractione ex usu fori Saxonici aestimanda ante aliquot annos editum vel ob angustam temporis rationem, vel ob arctos instituti limites haud absoluere potuerim, iam lubenter arripio occasionem, in Sectione III. quatenus retorsionem, statum pactitium et literas, quas vocant, reuersales, continet, in hoc specimine continuare.

§. XLV.

Omnia, quae in antecedentibus §phis de retorsione expressa sunt, tantum intuitu translationis bonorum extra Saxoniam, non autem de ea, quae fit intra huius fines ex una iurisdictione in alteram, intelligenda esse, praeprimis repetere curo. Obstat enim semper decisio Elect. Nouissima VI. d. a. 1746.¹⁵⁰⁾, qua retorsionem omnimodo prohibitam vides.

A 2

Quae

¹⁵⁰⁾ Cod. Aug. Contin. T. I. p. 350.

IV

Quae lex tam singulare odium erga retorsionis exercitium intra patriae fines prodit, ut ii magistratus, qui ius detractus legitima consuetudine introductum probare velint, ad actus retorsione exhibitos numquam confugere, multo minus tales tamquam iustos allegare possint. Ita nimurum colligere possumus clementissimi principis sententiam ex Rescripto praefecto Illebiensi d. 3. Aug. 1789. dato, quo meliorem probationem iuris detractus et imprimis delineationem aliorum actuum, extra casum retorsionis perfectorum, plane desideratam animaduertimus. Quodbetiam clarius elucet ex alia sententia summi Regiminis, qua modum probandi propterea, quod in antiquioribus et repetitis actibus, attamen extra retorsionis casum perfectis niteretur, rectum pleniusque censuit, et solum ea ex causa Senatui Delicensi per Rescriptum sub d. 3. Febr. 1789. emissum, infra sub No. XVIII. verborensus adiectum, exercitium iuris detractus nunc bene probati iustissime concessit.

No. XVIII.

L. g. Wir haben Uns aus eurem, in Betreff des, aus des verstorbenen Burgermeisters, Preuers, Nachlasse, dem Fürstl. Sachsen-Weimarischen Amts-Rathe zu Apolda, Carl Friedrich Conrad Preuer, zukommenden Erbantheils, zu Folge Unsers Rescripts de dato den 28sten Octbr. ai. pr. nebst zurückfolgenden 7. Stück Commun-Rechslungen erstatteten anderweiten unterthänigsten Bericht geziemend vortragen lassen, welchergestalt ihr nunmehr euer Befugnis, auch extra casum retorsionis Abzugsgeld zu erheben, durch Beybringung verschiedener älterer Fälle und sonst dargethan.

Wann

Wann Wir dann hierauf geschehen lassen wollen, daß obgedachter Preuserische Erbantheil, entweder gegen Reversales und die solchen Falls, Inhalts obiger Rechnungen hergebrachten $7\frac{1}{2}$ Groschen, oder aber außerdem gegen Entrichtung des im Weimarischen üblichen Abschoß-Quanti an 5. pr. C. nach Apolda verabfolget werden möge;

Als ist Unser Begehren, ihr wollet dem gemäß das Weitere veranstalten.

Mochtens etc. und etc. Datum Dresden den 3. Febr. 1789.

An
den Rath zu Delitzsch.

§. XLVI.

Salua tamen manet caussa magistratum in exercendo iure retorsionis erga magistratus exteros, qui ciuibus suis hereditatem ex patria nostra ducentibus, quamlibet immunitatem a gabellae solutione pro litteris de obseruando reciprocо adipisci potuerint, nihilominus has denegarint. Quo in casu Saxonici magistratus conditionem, quoad retorsionis exercitium, nullo modo restrictam habebis. Caereroquin vero separare velis eos magistratus, qui in Conuentione Principis cum alio Domino superioritate territoriali gaudente de gabella detractus et immunitate subditorum inita comprehensi sunt, quibus nempe retorsionis exercitium plane abnegatur. Quemadmodum vero eiusmodi conuentiones plerumque gabellam detractus de bonis ciuium immediatorum tangunt atque *magistratibus iurisdictionem administratoriam exercentibus* primarium modum praescribunt; ita etiam nolis

ad

ad eos, quos vocamus *patrimoniales* extendere, nisi horum mentio in illa conuentione expresse facta sit: Etenim his in tali conuentione non commemoratis licet in regula, ius retorsionis, obueniente casu, exercere, dummodo rectam consuetudinem ac bene probatam prae se ferre possunt. Atque ratio perinde non e longinquo repetenda videtur, quoniam Domini, si de immunitate ciuium inuicem contuienint, haud dubie eam solummodo gabellam detractus intelligere solent, quae, pacto non existente, iure proprio, in Aerarium Dominorum referenda esset.

§. XLVII.

Nec tamen retorsionis vim tantam existimes, ut haec adeo leges et constitutiones semel receptas intuertere possit. Illustratam habebis quodammodo rem ex iure representationis in linea collaterali, quod iure Sax. Elect. non omnino inuenit locum, nec per statuta localia, licet alias confirmata, introduci potest, secundum Rescripta et regiminibus, sub 25. Jun. 1739.¹⁵¹⁾ et in specie praefecto Dippoldiswaldensi sub d. 30. Aug. 1741.¹⁵²⁾ data. Fac igitur, in alio territorio, (vti e. g. in terris Vimariensis speciali mandato d. 16. Febr. 1788. iussum est), ius representationis in linea collaterali ex principiis iuris Romani stabilitum valere, exteriores vero Germanorum liberos non eodem modo ad successionem admitti,

nisi

¹⁵¹⁾ Cod. Aug. Contin. T. I. p. 318.

¹⁵²⁾ Ibid. pag. 323.

nisi vel bene doceant, ius repraesentationis in linea collaterali in loco domicilii etiam receptum esse, vel litteras Reuersales principis nomine datas de obseruando reciproco producant. Quo in casu serenissimus Saxo recte tales litteras denegat, etiamsi fratrī Germani filius Saxonius deuotissime petierit, ut ex iure repraesentationis cum patruo in bona, quae ab huius fratre in terris Vimariensibus relicta sunt, admitteretur, et hunc in finem litterae Reuersales darentur. Hoc nimirum elici potest ex Rescripto praefecto Tautenburgi sub 16. Dec. 1791. dato, infra sub No. XX. inserto, quo Regimen supremum tales preces abnuit. Nihilominus tamen ex singulari principis gratia idem successionis modus, qui forte in alio territorio praeualet, ad euitandam retorsionem casu speciali introduci potest. Patet exinde, quam multum hac in re ab arbitrio Serenissimi pendeat, nisi leges Imperiales forte aliud suadeant. Ita Elector Saxoniae, si caussa quae-dam adsit commouens, fratrī Germani filiam Saxoniam cum extraneo patruo simul ad successionem bonorum ab huius fratre Germano in Saxonia relictorum admittere potest, licet illa filia, si rem ex constitutione Electorali 18. P. III. diuidicare velis, ab hac hereditate excludenda esset. Et aequitate Serenissimus commouetur praesertim tum, cum dominus territorii alieni legum forte Imperialium auctoritate impediatur, quo minus Reuersalibus litteris eundem successionis modum, qui apud nos viget, promittere, nec successio-nis rationem in suo territorio receptam legibusque Imperiali-bus approbatam, proprio motu possit mutare. Quod sae-

pius

VIII

pius in successione collaterali se exserit, qua plurimi status Imperii normam ex semel recepta constitutione Imperiali servare tenentur, cum e contrario Electori Saxoniae, qui protestatione tempestiuā sibi prospexit, liberior hac in re disponendi facultas, et dispensandi p̄ae aliis statibus Imperii R. G. salua remanserit. Huius rei cauſa ad Rescriptum Serenissimi praefecto Dippoldiswaldensi sub 20. Aug. 1753. datum prouoco, secundum quod Germani fratris filia Saxonica simul cum patruo Norimbergae viuente ad hereditatem ab huīis forore Germana in Saxonia relictam admissa et sic exceptio a regula probata, bene tamen ad solum casum praesentem restricta fuit. Quodsi magistratus Norimbergensis in casu, quo ciui suo vniuersa hereditas deferretur, litteris Reversilibus promittere voluerit, vt Saxonico Germano, casu inueroſo, hereditas illic a fratre relicta vniuersa traderetur, etiamſi liberi ab altero fratre Norimbergae existerent; Hoc non potuerit rite efficere, quoniam illic perinde singularem legibus Imperialibus non fundatam inuolueret successionem.

No. XX.

L. g. Wir tragen auf deinen nebst zurückfolgenden Fas. Act. und Beylage unterm 26. mens. praet. erſtatteten unterthänigſten Bericht, dem von Johann Georg Zöpritzēn und Conf. beſchehenen Suchen, um eine, zum Behuf der Verabfolgung der angegebenen Erbschaft aus dem Weimarischen ex iure repreſentationis in linea collateralı, wegen Beobachtung des Reciproci, zu ertheilenden landesherrlichen Verſicherung, statt zu geben, Bedenken, und begehrēn hierdurch, du wol- leſt

lest die Interessenten dessen bedeuten. Mochtens etc. und etc.
Datum Dresde den 16. Decbr. 1791.

An
den Beamten zu Tautenburg.

§. XLVIII.

Ordo nunc dicit ad diuersam locorum rationem, si statutus pactius adsit et quaestio de litteris exhibendis reuersalibus mouetur. Iam supra in Sectione secunda §. XXII. demonstravi, magistratus priuatos ex retorsionis titulo ius detractus exercere non posse, si princeps cum alio domino territoriali super gabellae immunitate conuentionem forte inferit. Atque nunc similiter repeto, solum ius detractus bene quadesitum et ab illis legitime deductum, *wohlhergebrachte Abschöpf-Befugniss*, nihilominus praeualere, nisi magistratus patrimoniales simul expresse sub illo statu pactio comprehensi fuerint. Quapropter maxime eorum est, ut conuentiones illas caute respiciant et rem suam his accomodent. Extant nimurum in Saxonia praeter illam in speciali Mandato d. d. 30. Sept. 1778. notatam, cum Rege Sueciae et Electore Saxoniae initam, adhuc plures, nempe quae inter principem nostrum clementissimum et Régem Daniae A. R. S. 1776. Landgrauium Hassiae A. 1783. Episcopum Fuldanum A. 1785. Ducem Vimariensem A. C. 1786. Marchionem Baden-Badensem f. A. 1791. ac ducem Saxonie Gothanum et Altenburgensem, exclusa ditione Saalfeldica et praefectura Themer, A. C. 1795. denique Abbatissam

B

Qued-

X

Quedlimburgensem eodem anno perfectae sunt. Quae quidem vtrorumque bona ciuium immediatorum tangunt, de quibus gabella, in casu exportationis in aerarium alterius domini nunc paciscentis in regula referenda fuisset, non autem restringunt iura detractus quaesita, quae priuatis competit magistratibus. In transmissione illorum bonorum omnis gabella per conuentiones nominatas plane sublata est; respectu eorum bonorum autem, quae ciues patrimonialium magistratum attingunt, horum arbitrio permisum est, vtrum gabellam legitime praescriptam exposcere, vel litteras de obseruando reciproco in singulis casibus recipere velint. Quae omnia, quatenus conuentionem Saxoniam Vimariensem attinet, egregie ex Edicto nouissimo s. d. 9. Febr. 1792. emissio elucent, cuius copia in Mansissa documentorum specimini secundo adiecta sub No. XII. extat. Et quamlibet, quoad reliquas praedictas conuentiones, Serenissimi principis singularibus non omnino habeamus expresse significatam Edictris, casus tamen obuenientes ex iisdem principiis semper diiudicantur. Pari modo res conuentiorum respectu procedit, quas Elector Saxoniae cum Duce Brunouicensi sub 7. Dec. 1775. et Rege Borussiae sub 9. Dec. 1778. iniit, ea tamen limitatione, quod illae non ad omnia ciuium bona spectent, sed tantum bona Nobilium contineant. Neque conuentiones viraeque distinguunt, vtrum eiusmodi bona ad nobiles, an ad personas ciuici ordinis deferantur; In eo tamen differunt, quod in Brunouicensi conuentione tantum de hereditate Nobilium sermo sit,
in

in Borussiaca vero simul bona personarum ciuici ordinis, dummodo ad Nobiles decadent, intelligenda sint. Interim quoad vtrumque pactum eadem regulae, quas supra de reliquis conuentionibus Augustissimis circa retorsionem et iura priuatorum quaesita delineauit, huc etiam repetendae et applicandae sunt. Ille igitur magistratus priuatus, qui tempore conuentionis perfectae praeescriptionem consuetudinis suaem nondum complevit, gabellam de bonis subditorum, si in terras sub hac conuentione comprehensas deferantur, exposcere non poterit, licet etiam unus tantum dies de additamento praescriptionis Saxonico adhuc deficiat. Nec dubitandum, quin hereditas ad milites El. Palatinatus deferenda ex iisdem principiis diiudicari possit, cum Serenissimus Elector Sax. cum Electore *Palatinatus* de gabellae immunitate respectu bonorum militibus relictorum anno R. S. 1750. sanctissime conuenerit.

§. XLIX.

Paulo difficultiorem vero caussam respectu notabilis conuentionis habemus, quae dicitur *Erb-Verein* d. a. 1587.ⁿ⁵³⁾ atque terras Saxonicas et Bohemicas tangit. Si nimur ex vero huius tenore dicendum, quod res est, bonorum transmissio inuicem obueniens omni libertate et speciatim immunitate a gabellae detractione vere gaudet. Nec reuersalium littera-

B 2

rum

ⁿ⁵³⁾ *Lunig's Reichs-Archiv* p. sp. II. 45.

XII

rum traditio necessaria videtur, nec vlla circa priuatos magistratus stabilita exceptio, nec anomalia quoad bona ab horum ciuibus relicita ex illa patescit. Nihilominus tamen variam rerum figuram pro diuersa locorum ratione admodum cognoscimus, ita, vt consuetudines, quae nunc in Saxonia, Bohemia, Silesia et vtraque Lusatia vigent, non ubique pari passu ambulent. Nec priuati magistratus omnem neglexerunt operam, vt adeo respectu Lusatiae et Electoratus Saxoniae varias inducerent consuetudines. Sic enim, quod Saxoniā et Bohemiā attinet, literae de obseruando Reciproco ab vtraque parte ante transportationem hereditatis inuicem praemittuntur, nec priuati exceptione ab hac regula aut vlo iure consuetudinario contrario gaudere possunt. Quoad Silesiam vero, quae sceptro paret Borussiaco, experientia docet, laudatum pacrum, licet hoc instrumento pacis Pragensis d. anno 1635. confirmatum habeamus¹⁵⁴⁾, tamen non tantam exferre auctoritatem, vt Reuersalium extraditio de immuni transmissione bonorum ciuium immediatorum plane superflua habeatur. Quae res intuitu Reuersalium adeo intelligitur, vt haec extradantur, si defunctus immediatus principis ciuis vel persona patrimoniali iurisdictione exempta fuerit, quamvis huius heredes patrimoniali magistratui subiecti sint. Quid? quod respectu priuatorum magistratum tam fauorabilem admittunt illius pacti interpretationem, vt hi detractus iura bene quaesita et probata absque dubio exercere valeant.

Omni-

¹⁵⁴⁾ Lunig's Reichs-Archiv p. spec. S. I. pag. 122.

Omnino autem hic monendum est, Reuersales non de praefectis municipalibus vtrorumque locorum, sed de Collegiis superioribus (*Landes-Collegiis*) hoc casu subscribendas esse. Qua in re semel receptae regulae strictae seruandae sunt, vt si forte quis, cui Reuersalium promissio nimis molesta forer, gabellam soluere maller, haec tamen non recipienda, sed Reuersalium productio vrgenda videatur.

§. L.

De Lusatia vtraque e contrario dubium amplius esse non potest, cum Elector Saxoniae ad pactum illud illustre respiciens, sanctissime iusserit, vt hereditas, quae ex illa in terras Electorales et ex his in Lusatiam vicissim transferretur, semel pro semper omni gaudeat detractus immunitate, nec a priuatis in contrarium aliquid deduci possit, nec reuersalium extraditio de obseruando Reciproco in vtramque partem necessaria sit. Quod patet ex Rescripto Senatui Dresdano sub d. 4. Mart. 1788. dato, in fine huius §phi sub No. XXI. allato, mentem summi Imperantis de obseruando pacto memorato satis designante. Quamobrem magistratus patrimoniales, etiam si iam ante significationem huius iussus vitro citroque consuetudinem supra notatae conuentionis d. a. 1587. contrariam introducere voluerint, et adeo gabellam exegerint, hanc tamen ut restituere deberent obstrictos existimauerim. Etenim non solum condicione indebiti aduersus illos locum habere videtur, quia ex errore iuris solutum acceperint l. 9. §. 2. seqq.

de

XIV

de iuris et facti ignorantia l. 10. C. eod. l. 9. C. ad L. Falcid.
sed etiam, si forte dubia quoad hanc remanere possent, con-
dictio sine caussa neutquam denegari poterit. Multo minus
consuetudinem illi pacto contrariam pro legitima putarim,
cum iustus titulus semper desiceret et recentiore Serenissimi in-
stitutione omnis adeo vis illi plane ademta esset. Experientia
quoque docet, principem Saxoniae, nostra aetate omnem
contra illud pactum tentatam consuetudinem illegitimam sem-
per declarare, et hinc inde nullos ei tribuere effectus. Suf-
ficiat hic decisionem, Senati Plauenzi sub d. 3. Febr. 1789.
communicatam, quam appendix documentorum sub No. XXII.
verbottenus continet, exempli loco repetere, cum in ea non
solum pacti illius memorati mentio facta, sed et magna vis
quoad praeteritum tempus ut ac sequentem aetatem illi attri-
buta satis appareat. Haec tamen de sola gabella detractus
in specie sic dicta intelligenda, ad alias vero pensiones expe-
ditas haud extendenda est, quas, si forte prius caussis, addi-
etas vel longa consuetudine, vel statuto singulari receptas et
iuste probatas Serenissimus ipse animaduertit, nihilominus
saluas et incolumes esse, simul sanctissime iussit. Et quam-
libet plures eiusmodi decisiones sub auspicio summi Regimi-
nis latae allegare possem, tamen hoc superfluum mihi vide-
tur, cum ex Rescripto Senati Dresdano dato in hac spho
iam laudato, ac No. XXI. repetito simul collineare possum,
quotam hereditatis vel legati pauperibus in ciuitate viuenti-
bus statuto Dresdano constitutam, ipsis curatissime reseruatam
fuisse.

No. XXI.

No. XXI.

L. g. Wir können auf euren unterm 9ten Mart. 1786. sammt einem Inferato und zurückfolgenden Fas. Actor. erstatteten unterthänigsten Bericht geschehen lassen, dass die von der verstorbenen, Annen Marien Schrammin, geb. Beckerin, unter andern Annen Reginen Thomassin und Annen Rosinen Anderssin zu Reichenau, unter das Kloster Marienthal in der Oberlausitz gehörig, ausgesetzten Legata, der Erb-Einigung vom Jahre 1587. gemäss, und ohne vorherige Beybringung derer anverlangten Reversalien, deren Ausstellung es, da die Oberlausitzischen Gerichts-Obrigkeiten sich gegen Unsere alten Erblände obgedachter Erb-Einigung jedesmahl ohne Unterschied gemäss zu bezeigen haben, nicht bedarf, Abschöf-frey verabfolget, und nur das, nach denen hiesigen Statutis, dem Armuth gewidmete 1. pro Cent davon inne behalten werden möge. Wannenhero hierdurch Unser Begehren, ihr wollet euch darnach gebührend achten, und das diesfalls weiter Nöthige veranstalten. Mochtens etc. und etc. Datum Dresden am 4ten Mart. 1788.

An
den Rath zu Dresden.

No. XXII.

L. g. Uns ist zwar, was ihr, in Verfolg Unsers Rescripts de dato den 24sten Octobr. ai. pr. wegen des von euch Johann Christian Marcksteine zu Budissin innen-behaltenen Abzugs-geldes, mittelst Berichts vom 8ten Decbr. d. a. unterthänigst angezeigt, geziemend vorgetragen worden.

Nachdem

XVI

Nachdem es aber hierunter bey der Erb-Einigung vom
Jahre 1587. ein für allemahl bewendet; Als begehrten Wir,
nebst Rem. I. Fusc. Actor. hierdurch, ihr wollet euch darnach
gebührend achten, auch die obenannten Marckstein, als Ab-
schoß zurückbehaltenen 20 Rthlr. demselben, ohne Absforde-
rung einiger Kosten, verabfolgen lassen. Mochtens etc. und
etc. Datum Dresden den 3ten Febr. 1789.

An
den Rath zu Plauen.

§. LI.

Restat, vt etiam de reuersalium litterarum extraditione ob-
seruationes singulas adhuc addam. Etenim omnino notandum,
has in statu pactio, si conuentio a dominis territorialibus de
immuni bonorum translatione inuicem perfecta extet, non quo-
libet speciali casti necessarias esse. Tum vero exceptionem ab
haec regula habebis, vel cum reuersales de obseruando recipi-
proco semel receptae et visitatae sunt, vel cum ab una parte
harum subscriptio et extraditio speciatim exigatur. Quo facto
statim et alteri parti ius quae situm enascitur, vt in casu in-
verso eadem ratione in reuersalium extraditione perseuerare
possit. Ita fieri solet, si conuentiones a Serenissimo initiae
vniuersa contingent horum territoria. Aliter vero proceden-
dum, si tantum pacta extent localia, et consuetudines a sin-
gulis magistratis et ciuitatibus introductae sint. Hae nimi-
rum ad singulas provincias, singula oppida, vel speciatim no-
tatas ciuitates attinent et reciprocam cautionem in quo-
libet

libet casu speciali haud dubie necessariam reddunt, adeo, vt toties reuersalium litterarum producio repetatur, quoties bonorum transmissio occurrat, et gabella, saltem pro parte, cesseret. Quemadmodum vero reciproci praefatio hac in re primarius finis est, ita etiam reuersales plane conuenientes casus prae supponunt, simulque respiciendum est, vtrum soli municipes, an etiam omnes incolae, forenses et suburbicarii simul in statu pacitio, vel in reuersalibus vere comprehensi sint, vt vbique singularis aequitas significetur. Quibus rationibus motum rescriptis Regimen Supremum praefecto Dresdano d. d. 25. Febr. 1783. vt heredibus immunitatem a gabella potentibus productionem aliarum iniungeret reuersalium, quae non solum ciues prefecturae Dresdanae speciali homagio adstrictos comprehendenderent, sed etiam simul omnium illius incolarum siue immobilium possessione gaudeant, siue non, mentionem facerent.

Plura de variis huc spectantibus casibus, praesertim ex consuetudine locorum diiudicandis, quoniam instituti ratio iam ubiorem explanationem haud permittit, proxime differendi occasione referuo.

C

Progre.

XVIII

Progrediendum nunc ad ea, quae mihi hanc
scribendi opportunitatem praebuerunt. Decreuit ni-
mirum Ordo meus summos in utroque iure ho-
nores:

V I R O
PRAECLARISSIMO ET DOCTISSIMO
D A N I E L I B E R N H A R D O
H E R O L D O,

qui de semetipso et vitae suae ratione has lineas
exhibuit:

*Natus sum Lipsiae praeteriti seculi anno sexage-
simo octavo, die IX. Maii, patre GEORGIO FRI-
DERICO, ciue et mercatore Lipsiensi, nec non matre,
MARIA SOPHIA, quae post obitum mariti longe
luctum, deinde connubium cum IOANNE FRIDERICO
AVGVSTO BERGERO, ciue et mercatore Lipsiensi,
inuit. Quorum parentum, hic enim vitricus nomine,
amoris tamen paterni significacione me semper am-
plexus est, egregiam in educando curam gratissima-
mente veneror, et hos perinde religionis cultu deuo-
tissimo prosecuturum esse polliceor. Litterarum initia
ex doctrina domesticorum praeceptorum, inter
quos VIEBIGIVM, nunc Archidiaconum Kembergen-
sem, et GOLZIVM maximi facio, plus plusque hausi,
et*

XVIII

et cum scholam Nicolaitanam deinde plures annos frequentarem, HELDIVM, FORWERKIVM, ASS-
MANNVM, nunc Prof. Ordin. in Academia Viteber-
gensis, BEHRINGERVM, LVNZIVM, FORBIGERVM
et MARTINVM, quorum omnium insignem in me
collatam benevolentiam haud satis praedicare pos-
sum, doctores habui optimos. Anno CIOCCCLXXXVII.
studium academicum ingressus sum, cum paulo ante
a Viro Magnifico, D. SCHWARZIO, tunc temporis
fasces tenente, ciuium academie numero adscriptus
fuisem. In philosophicis duces habui CAESAREM,
PLATNERVM, b. HEYDENREICHIVM et WIELAN-
DVM, historiam vniuersalem, saxoniam et Imper.
Rom. Germ. studui a BECKIO, et in Mathematicis
HINDENBURGVIS mihi praeiuit. Cum autem relicto
theologiae studio, ad quod ab initio incumbere de-
creueram, paulo post iurisprudentiae studium ani-
mum praeprimis appulisse, interfui preelectionibus,
quibus CAESAR, BIENERVS, b. SAMMETVS et b.
SCHOTTVS iuris naturalis principia et iuris ciuilis
institutiones tradiderunt, atque his tribus etiam ius
Canonicum, Germanicum et Criminale docentibus di-
ligenter adsedi. In iure feudali RAVIVM et BIE-
NERVM, in iure Saxonico autem STOCKMANNVM
preeceptores habui meritissimos, ordinem iudiciarium
et modum, lites rite tractandi, b. SCHOTTVS me
docuit, et in arte, commentarios forenses extrahendi

C 2

et



et ex iis referendi, institutione EINERTI, Consilia-
rii Elect. aulici, nunc Consulis huius urbis amplis-
fimi, grauiter usus sum, nec non in medicina fo-
rensi b. HEBENSTREITII scholas frequentaui, quo-
rum praeceptorum doctissimorum benevolentiae docu-
menta in me collata ita magna sunt, ut, quantum
illis debeam, sentire facilius sit, quam verbis signi-
ficare. Anno CCCCCLXXXI. praefide SCHOTTO,
capita quaedam iuris controuersi publice defendi,
feliciter superato sequenti anno tentamine ab Illustri
Iurisconsultorum Ordine dignitate Baccalaurei orna-
tus, et ab eo inde tempore a consultissimo Ludo-
vico Henrico SEYFFERTHO, aduocato Leucope-
trensi et tunc temporis iudicij Bedrensis directore,
in caussarum forensum pertractandarum arte tam
copiose, quam benebole instructus sum, ut qualem-
cunque meam in his rebus peritiam illi potissimum
debeam. Paulo post ab ERHARDO, ac sequenti
tempore a Senatu Lips. Amplissimo Notarius P. C.
creatus, et a Reginine Dresd. Perill. confirmatus,
nec non in album eorum, qui cauñas in foris Sa-
xonicis agere possunt, relatus, uti et in eadem aetate
a clementissimo Principe Bernburgensi regiminis ad-
vocatis adscriptus sum. Cum denique ab Illusiri
Iurisconsultorum Ordine obseruantissime petierim, ut
mihi aditum ad summos in utroque iure honores
consequendos aperiret et colloquium, quod vocant ri-

goro-

gorosum, me admitteret, hoc feliciter peracto, annuentem eum precibus meis compertus sum, et novum eminens collegi beneficium, quo dies, pro disputatione publica habenda, mihi diceretur. Veneror igitur hanc benignitatem praeclaram, vti et gratissima mente, omniq[ue] religionis cultu per omnem aetatem recolam.

Cui quidem desiderio, posteaquam Candidatus Ornatisimus in utroque examine, pro Candidatura pariter ac rigoroso, quod vocant, studia sua abunde explicauit, atque doctrinam suam Collegio nostro satis probauit, perinde deesse, non potuimus.

Iam igitur in eo est, vt proximo die XVIII. Martii hora II. pone meridiem *legem unicam Cod. vbi de hereditate agatur, vel vbi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant, in Auditorio ICtorum commilitonibus exponat, et in sequenti statim die dissertationem inauguralem, quae obseruationes iuris variij continet, fine Praefide, eodem loco defendat.* Quo facto Vir Illustris et Consultissimus, D. AVEVSTVS CORNELIVS STOCKMANNVS, Titulorum de verborum significacione et diuerfis regulis iuris antiqui Professor publicus Ordinarius et Ordinis Iurisconsultorum Affessor, Fautor ac Collega singulari honoris cultu prosequendus, in quem principali auctoritate et ex Decreto Ordinis mei constitutus Pro-

AETERNITATEM ANNO X
cancel

XXII

cancellarius Promotoris munus transtuli, summos in
vtroque iure honores cum omnibus priuilegiis et
iuribus huic dignitati adnexis, sola spe suffragii in
Collegio nostro aliquando obtinendi excepta, ipfi
tribuet atque concedet.

Huic igitur solemnitati vt Vos, RECTOR ACADE-
MIAE MAGNIFICE, SERENISSIMI PRINCIPES, ILLVSTRIS-
SIMI COMITES, VTRIVSQUE CIVITATIS PROCERES GRA-
VISSMI, omnes denique CIVES GENEROSISSIMI ac PRAE-
NOBILISSIMI, praefentia VESTRA honorifica splendidio-
rem reddere velitis, tum Ordinis mei, tum Candidati,
meoque ipfomet nomine, omni qua decet obseruantia
et humanitate, rogo.

P. P. in Vniuersitate Litterarum Lipsiensi, Domi-
nica Iudica A. R. S. cIccccc.



EX OFFICINA KLAUBARTHIA

ULB Halle
003 492 257

3



fr

1318

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Farbkarte #13



PROCANCELLARIUS
D. SAMVEL FRIDERICVS
JVNGHANS

CONSISTORII ELECTOR. SAX. ET ORDINIS IVRIS.
CONSVLTORVM LIPSIENSIS ASSESSOR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

DANIELIS BERNHARDI HEROLDI

LIPSIENSIS

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVRET ET CAVSSARVM
FORENS. PATRONI

DIE XX. MARTII A. R. S. CCCCCCIII

IN

AVDITORIO IVRIS CONSVLTORVM

C E L E B R A N D A

INDICIT

DE

GABELLAE DETRACTIONE EX VSV FORI SAXONICI
ELECTORALIS AESTIMANDA

S P E C I M E N T E R T I U M

